

# Gaudeamus igitur

(Nr. 20, S. 27)

- 1 Gaudeamus igitur, juvenes dum sumus, post jucundam juventutem, post molestam senectutem : nos habebit humus! :
- 2 Ubi sunt, qui ante nos in mundo fuere? Vadite ad superos, transite ad inferos : ubi jam fuere. :
- 3 Vita nostra brevis est, brevi finietur, venit mors velociter, rapit nos atrociter, : nemini parceretur. :
- 4 Vivat academia, vivant professores, vivat membrum quodlibet, vivant membra quaelibet, : semper sint in flore! :

- 5 Vivant omnes virgines, faciles, formosae! vivant et mulie res, tenerae, amabiles, : bonae, laboriosae! :
- 6 Vivat et res publica et qui illam regit! vivat nostra civitas, maecenatum caritas : quae nos hic protegit! :
- 7 Pereat tristitia! pereant osores! pereat diabolus, quivis antiburschius; : atque irrisores! :

Chr. Wilh. Kindleben 1781 (1748-1785)

vor 1717